



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita. S. Parisii Bononiensis, excerpta ex libris Iacobi de Voragine, à doctiſſimo viro Carolo Sigonio Migravit ex hac vita anno 1267. annum agans circiter 116.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

certior factus est, ingēti admiratione permorus, Cypri antistitem ad se accersiri iussit, pleniusque ab eo edoctus, valdè gauisus est, quòd tam illustri miraculo, Deus Imperij sui tempora illustrare dignatus esset. Itaque Antiochenæ vrbis episcopum illinc expulit, & Salaminam sedem integra libertate donauit. Porrò Euangelium illud, precibus ab Anthemio impetrauit, & Constantinopoli honorificè asseruari præcepit. Barnabæ verò, in Cypro templum insigni opere construxit vt sacrum tanti Apostoli corpus, multo maiore cum honore illic requiesceret.

Zeno Imp. extruxit templum s. Barnabæ.

VITA. S. PARISII BONONIENSIS,

excerpta ex libris Iacobi de Voragine, à doctissimo viro Carolo Sigonio. Migravit ex hac vita anno 1267. annum agans circiter 116.

C. Baron. in not. ad mart. Rom.

BEatus Parisius, Bononiæ natus circa annum salutis 1150. magna à primis annis, singularis & insolitæ cuiusdam in illa ætate probitatis ac sanctitatis argumenta dedit. Postquàm verò sese corroborauit, eodem illo religionis studio sic exarsit, vt seculo relicto, Camaldulensibus adscribi se cœnobitis voluerit. Ibi verò cùm per annos aliquot ita vixisset, vt non dubium omnibus summæ temperantiæ, eximiæ castitatis, omnisque demum monasticæ moderationis opinionem attulisset, visus est cœnobij præfectis idoneus, qui sacerdotis officio, quem Capellanum appellant, monachas sanctæ Christianæ Taruisij gubernaret. Quam curam libenter ille obedientiæ Christianæ causa suscepit: ac minus illud plurimos annos, maxima cum sui laude administravit; vita assiduè in ieiunijs, vigilijs,

11. Iunij.

Parisij Patria.

Fuit monachus Camaldulensis.

Præficitur monialibus.

lijs, diuinis precationibus, corporis afflictionibus, & manuum operibus, sine vlla omninò hominum obrectatione, aut virginù ipsarum querela, traducta.

Valde granda
uus deccedit.

Quin etiam in eo officio, iam effectis corporis viribus, vt qui annos circiter centum sexdecim ageret expirauit, cum annus salutis ageretur 1267. tertio Idus Iunias; Cæterùm cum & viuens & mortuus, aliquot miraculis editis, hominum in se oculos conuertisset, Albertus Episcopus Taruisinus homo grauilissimus, faciendum sibi putauit, vt vitam eius certis adhibitis de morte Ecclesiæ testibus, exploraret; atque constanti eorù testimonio cognitum est superiorem omnem longissimæ illius vitæ consuetudinem, mortificatissimæ obitæ & multis signis illustratæ, facillimè respondisse.

C. Baron in:
not. martyr
Romani.

VITA S. ONVPHRII FREMITAE, EX
ea, qua est à Paphnutio Anachoreta conscripta.

12. Iunij

Quodam die incredibili desiderio interiorum solitudinem penetrandi accensus, inueni in quadam spelunca impressum hominis vestigium; quo viso, magnam in spem adductus sum, aliquem ibi sanctitate admirabilem latitare. Cùmq; integro ibi die hominis egressum vel aduentum præstolarer, ecce à longe inter bubalorum gregem, vidi quendam veste nudum, pilis autem toto corpore testum. Qui vt primum me conspexit, ratus spiritum esse, conficit; ego verò eam opinionem illi adimens, vt me ad cellulam suam perduceret enixè rogauit.

Eremita in:
ter bubalos
nomine Filio
motheus.

Fecit hoc perquam libenter, & me instante totius vitæ suæ seriè, in vasta illa eremo transacta narra-